

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sollicitudo siue occupatio e (1)
cum fonte primo

Qui rebus temporalibus occupantur,
tunc bene exteriora disponunt cum
sollicite ad interiora refugiunt;
cum nequaquam foras perturbationum
strepitus diligunt, sed apud semet ipsos
intus in tranquillitatis sinu requiescunt.

Gregorius ibidem (libro V. moralium).

Qui ergo rebus temporalibus occupantur,
tunc bene exteriora disponunt cum
sollicite ad interiora refugiunt;
cum nequaquam foras perturbationum
strepitus diligunt, sed apud semetipsos
intus in tranquillitatis sinu requiescunt.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 5, 11
(CCSL 143, M. Adriaen ed., p.231,
ll.69-73).